



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

De Velandis virginibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

Proinde tegantur superiora, cuius inferiora nuda non sunt, nec eas imitentur, quæ sola capitis nuditate virginitatem nundinant. XII.

Deinde si & apud ethnicos propter homines iam nupturæ caput velant, saltem in Ecclesia virginitatem abscondant, ut in occulto mercedem apud Deum mereantur, quæ tantam oblationem Deo offerunt ipsius corporis & spiritus sui, cum illam ipsam naturam consecrât. XIII.

Neque verò cogendas ceteras ad huiusmodi opus virginitatis; quia ubi coactio, illic necessitas; ubi necessitas, illic infirmitas; & proinde facile ruunt, & funem longum delictorum sibi adtrahentes, intellecto tamen permanentes capite, ne prodantur, virgines sub Deo se mentiuntur. XIII.

Sed enim vera & pura virginitas, etiam sceminarum oculos timens, confugit ad velamen capitis tamquam clypeum, quo bonum suum protegat aduersus ictus tentationum, aduersus iacula scandalorum, aduersus fascinum etiam apud ethnicos metuendum. XV.

Scripturam itaque legem hanc de velamine condidisse, naturam contestari, disciplinam exigere, maxime in virgine quæ Christo nupsit, illi tradidit carnem suam, illi sponsauit matritatem suam; qui quum alias sponsas & maritatas velari iubeat, utique multo magis suas. XVI.

Postremo & eas, quæ in nuptias inciderunt admonet, ut ne quidem in momento hære à disciplina velaminis exolecant, tum Apostoli verbis, tum Arabicarum sceminarum quæ faciem totam contegunt, & reuelationis cuiusdam exemplis; præsertim verò ne inter Psalmos aut in Oratione ipsa, vel quacunque Dei mentione, reuere persuerent. XVII.

Ceterum librum hunc germanum esse patet ex eius hoc Epiphonemate, Pax & gratia à Domino nostro Iesu redundet, cum SEPTIMIO TERTVLLIANO, cuius hoc opusculum est. Deinde eundem imitatur B. Cyprian. lib. de Discipl. & habitu virginum, locis infra citatis. Habuerunt denique MS. Trithemius Catal. Script. & Politianus epist. s. lib. 4. Aditus autem fuit primum à Rhenano ex Paterniacensi & Hirsaugiensi exemplaribus MS. cum Scholis, deinde castigatus ex cod. Gorziensi, additis Adnotationibus, quibus accessit etiam recognitio Sigismundi Geleni ex Britannico codice. Non tamen eiusmodi, quin plures adhuc loci recogniti fuerint à nobis ex 3. MS. Variis. codicibus, & Adnotationibus quoque nostris locupletari.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI DE VIRGINIBVS
VELANDIS LIBER.

PROPRIVM iam negotium passus meæ opinionis, & Latine quoque ostendam, virgines nostras velari oportere, ex quo transitum atatis suæ fecerint: Hoc exigere veritatem, cui nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non privilegium regionum. Ex his enim ferè consuetudo initium ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita, in vsum per successionem corroboratur, & ita aduersus veritatem vindicatur. Sed Dominus noster Christus veritatem se, non consuetudinem cognominavit. Si semper Christus, & prior omnibus: æquè veritas sempiterna & antiqua res. Viderint ergo quibus nouum est quod sibi vetus est. Hæreseis non tam nouitas quam veritas reuincit. Quodcunque aduersus veritatem sapit, hoc erit hæresis, etiam vetus consuetudo. Ceterum suo vitio quis quid ignorat. Quod autem ignoratur, fuit tam requirendum, quam recipiendum quod agnoscitur. Regula quidem fidei vna omnino est, sola immobilis, & irreformabilis, credendi scilicet in vnicum Deum om-

ULLIAN
notati omnibus
TERTVLLI
V
16

nipotentem, mundi conditorem, & filium eius Iesum Christum, natum ex virgine Maria, D
 crucifixum sub Pōrio Pilato, tertia die resuscitatum à mortuis, receptum in caelis, sedet
 nunc ad dexteram Patris, venturum iudicare viuos & mortuos, per carnis etiam resurre-
 ctionē. Haec lege fidei manente, cetera iam disciplina & conuersationis, admittunt noui-
 tatem correctionis, operante scilicet & proficiente vsque in finem gratia Dei. Quale est
 enim vt diabolo semper operante & adiciente quotidie ad iniquitatis ingenia, opus Dei
 aut cessauerit, aut proficere destiterit, ⁶ cum propterea Paracletum miserit Dominus, vt
 quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur &
 ordinaretur & ad perfectum perduceretur disciplina, ab illo vicario Domini spiritu fan-
 ctō. Adhuc inquit, multa habeo loqui vobis, sed nondum potestis ea baiulare: Cum vene-
 rit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem, ⁷ & superuenientia renuntiabit
 vobis. ⁸ Sed & supra de hoc eius opere pronuntiauit. Quae est ergo Paracleti administratio
 nisi haec, quod disciplina dirigitur, quod scripturae reuelantur, quod intellectus refor-
 matur, quod ad meliora proficitur? Nihil sine atate est, omnia tempus expectat. Denique
 Ecclesiastes; ⁹ Tempus, inquit, omni rei. Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum
 promoueri. Granum est primò, & de grano frutex oritur, & de frutice arbuticula enititur.
 Deinde rami & frondes inualescunt, & totum arboris nomen expanditur, inde germi-
 nis tumor, & flos de germine soluitur, & de flore fructus aperitur. Is quoque rudis ali-
 quando & informis, paulatim atatem suam dirigens, ¹⁰ eruditur in mansuetudinem
 poris. Sic & iustitia (nam idem Deus iustitiae & creaturae) primò fuit in rudimentis,
 natusa Deum metuens: dehinc per legem & Prophetas promouit in infantiam: dehinc
 per Euangeliam efferbuit in iuuentutem: nunc per Paracletum componitur in maturi-
 tatem. Hic erit solus à Christo magister & dicendus & verendus. Non enim ab se loque-
 tur, ¹¹ sed quae mandantur à Christo. ¹² Hic solus antecessor, quia solus post Christum.
 Hunc qui receperunt, veritatem consuetudini anteposunt. Hunc qui audierunt vsque
 C. A. P. II. non olim prophetantem, virgines contegunt. [¹³ Sed nolo interim hunc morem veri-
 tati deputare. Consuetudo sit tantisper, vt consuetudini etiam consuetudinem opponam.
 Per Græciam & ¹⁴ quasdam Barbarias eius, plures Ecclesiae virgines suas abscondunt. Est
¹⁵ & sub hoc caelo institutum istud alicubi, ne qui gentilitati Græcicae aut Barbaricae
 consuetudinem illam ascribat. Sed eas ego Ecclesias proposui, quas & ipsi Apostoli vel
 Apostolici viri condiderunt, & puto ante quosdam. Habent igitur & illae eandem consue-
 tudinis auctoritatem, tempora & antecessores opponunt magis quam posterae istae. Quod
 obseruabimus, quid deligemus? Non possumus respicere consuetudinē, quam damnare non
 possumus, vt potest non extraneam, quia non extraneorum, cum quibus scilicet communi-
 camus ¹⁶ ius pacis & nomen fraternitatis. Vna nobis & illis fides, vnus Deus, idem Chri-
 stus, eadem spes, eadem ¹⁷ lauacri sacramenta. ¹⁸ Semel dixerim, vna Ecclesia sumus. In
 nostrum est, quodcunq; nostrorum est. Ceterum diuidis corpus: tam hic, sicut in omnibus
 variè institutis & dubiis & incertis fieri solet, adhibenda fuit examinatio, ¹⁹ quae magis
 duabus tam diuersis consuetudinibus disciplinae Dei conueniret. Et vtrique ea deligenda
 quae virgines includit, soli Deo notas, quibus praeter quod à Deo non ab hominibus ce-
 ptanda gloria est, etiam ipsum bonum suum erubescendum est. Virginem magis laudanda
 quam vituperando confundas: quia delicti durior frons est, ab ipso & in ipso delicto im-
 pudentiam docta. Nam illam consuetudinem, quae virgines negat dū ostendit, nemo pro-
 basset, nisi aliqua tales quales virgines ipsae. Tales enim oculi volent virginem vitam, qui-
 les habet virgo quae videri volent. Inuicem se eadem oculorum genera desiderant. Eiusdem
 libidinis est videri, & videre. Tam sancti viri est ²⁰ subfundi, si virginē viderit, quam sanctae
 C. A. P. III. virginis, si à viro visa sit. [²¹ Sed nec inter consuetudines dispicere voluerunt illi. sancti
 simi antecessores. Tamen tolerabilius apud nos ad vsque proximē, vtrique consuetudini
 communicabatur. Arbitrio permessa res erat, vt quaeque voluisset aut tegi aut profuturum
 cut & nubere: quod & ipsum neque cogitur neque prohibetur. Contenta erat veritas pro-
 cisci cum consuetudine, vt tacite sub consuetudinis nomine frueretur se vel ex parte. Sed
 quoniam cœperat agnitio proficere, vt per licentiam vtriusque moris indicium melioris
 partis emergeret, statim ille aduersarius bonorū, multoque institutorum, opus suum fecit.
 Ambiunt virgines hominū aduersus virgines Dei, nuda planè fronte temerarie audaciam
 excitatae. Et virgines videtur quae aliquid à viris petere possunt, nedum tale factum, vt lice-
 licet aemula earum, tanto magis liberae, quanto Christi solius ancillae, dedantur illis. Scen-
 dalizantur.

A dalizatur, inquit, quia aliter aliae incedunt : & malunt scandalizari, quam prouocari.
 22 Scandalum, nisi fallor, non bonae rei, sed malae exemplum est, edificans ad delictum. Bonae res neminem scandalizant, nisi malam mentem. Si bonum est modestia, verecundia, fastidium gloriae, soli Deo captans placere: agnoscant malum suum, quae de tali bono scandalizantur. Quid enim si & incontinentes dicant se à continentibus scandalizari, continentia reuocanda est: & ne multi nobis scandalizentur, 23 monogamia recusanda est? Cur non magis haec querantur scandalo sibi esse petulantiam, impudentiam ostentatitiae virginitatis? Propter eiusmodi igitur capita nundinatio, trahatur virgines sanctae in Ecclesiam, erubescens quod cognoscantur in medio, pauentes quod detegatur accersita quasi ad stuprum. Non minus enim & hoc pati nolunt. Omnis publicatio virginis bonae, stupri passio est. Et tamen vim carnis pati, minus est: quia de officio naturae venit. Sed cum spiritus ipse violatur in virgine, sublato velamine didicit amittere quod tuebatur. 24 O sacrilegae manus, quae dicatum Deo habitum detrahere potuerunt. Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à virgine electum cognouisset: Denudasti puellam à capite, & tota iam virgo sibi non est: alia est facta. Exurge igitur veritas, & quasi de patientia erumpe, nullam volo consuetudinem defendas; nam iam & illa consuetudine, sub qua te fruebaris, expungitur. Te esse demonstra quae virgines tegit. Ipsa scripturas tuas interpretare, quas consuetudo non nouit. Si enim nosset, nunquam esset. [25 Quatenus autem & de scripturis aduersus veritatem

B argumentari consuetudo est, statim opponitur nobis; nullam mentionem virginum ab Apostolo factam, ubi de velamine praefinit, sed tantum mulieres nominatas: cum si voluisset, & virgines tegi, de virginibus quoque cum mulieribus nominatis pronuntiaffer: 26 quomodo illic, inquit, ubi de nuptiis tractat, quid obseruandum sit etiam de virginibus, declarat: Itaque non contineri eas lege velandi capitis, ut non nominatas in hac lege: immo ex hoc non velari quae non iubentur, quae nec nominantur. Sed & nos eandem argumentationem retorquemus. Qui enim sciebat alias vtriusque generis facere mentionem, virginis dico, & mulieris, id est non virginis, ex causa distinctionis; in his in quibus non nominat virginem, non faciens distinctionem, ostendit conditionis communionem. Ceterum potuit hic quoque constituere differentiam inter virginem & mulierem, sicut alibi dicit: 27 Diuisa est mulier & virgo: igitur quas non diuisit, tacendo 28 inalterauit. Nec tamen quia illic diuisa est & mulier & virgo, hic quoque patrociniabitur illa diuisio, ut quidem volunt. Quanta enim alibi dicta, non valent, ubi dicta scilicet non sunt, nisi si eadem sit causa, quae alibi, ut sufficiat semel dictum? Illa autem causa virginis & mulieris longè diuisa est ab hac specie. Diuisa est, inquit, mulier & virgo. quare? quoniam in nupta, id est, virgo, cogitat ea quae sunt Domini, ut sit sancta, & corpore & spiritu. Nupta autem, id est, non virgo, cogitat quomodo placeat viro. Haec erit interpretatio diuisionis illius, nullum habens locum in isto capitulo, in quo neque de nuptiis, neque de animo & cogitatu mulieris & virginis, pronuntiatum, sed de capite velado. Cuius nullam volens esse disceptationem, Spiritus sanctus vno nomine mulieris, etiam virginem intelligi voluit, quam proprie non nominando à muliere non separauit, & non separando coniunxit ei à qua non separauit. Nouum est nunc ergo principali vocabulo uti, & cetera nihilominus in eo vocabulo intelligi, ubi nulla est necessitas singillatim distinguendae vniuersitatis? Naturaliter compendium sermonis & gratum & necessarium est: quoniam sermo lacinosus, & onerosus & vanus est. Sic & generalibus vocabulis contenti sumus comprehendentibus in se specialium intellectum. Ergo iam de vocabulo ipso. Naturale vocabulum est femina. 29 Naturalis vocabuli generale mulier. Generalis etiam speciale, virgo, vel nupta, vel vidua, vel quot etiam aetatis nomina accedunt. Subiectum igitur est generali speciale, quia generale prius est: & 30 subiectiuum antecessiuo, & portionale vniuersali: in ipso intelligitur cui subiicitur, & in ipso significatur, quia in ipso continetur. Sic nec manus, nec pes, nec vllum membrorum desiderat significari corpore nominato. Et si mundum dixeris, illic erit & caelum, & quae in eo, sol, & luna, & sidera, & astra, & terra, & freta, & 31 omnis census elementorum. Omnia dixeris, cum id dixeris quod ex omnibus constat. Sic & mulierem nominando, quicquid est mulieris nominauit. [32 Sed quoniam ita mulieris nomen usurpant, ut non putent competere illud nisi ei soli quae virum passa sit; probari à nobis oportet proprietatem eius vocabuli, ad sexum ipsum, non ad gradum sexus pertinere, quo communiter etiam virgines censeantur. Cum hoc genus secundum hominis à Deo factum est, in adiutorium hominis; femina illa, statim mulier est cognominata, adhuc foelix, 33 adhuc digna paradiso, adhuc virgo. Vocabitur, inquit, mu-

C A P. III.

1. Cor. 11.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

ULLIAN
 notati onibus
 FELI
 V
 16

A virgo esse desierit hoc nomine. Quod si ex virgine natus est, licet ex desponsata tamen integra, agnosce mulierem etiam virginem, etiam integram dici. Hic certe nihil prophetice dictum videri potest, ut futuram mulierem, id est nuptam Apostolus nominarit, dicens Gal. 4. factum ex muliere. Non enim poterat posteriorem mulierem nominare, de qua Christus nasci non habebat, id est virum passam: sed illa quæ erat præsens, quæ erat virgo, & mulier vocabatur post vocabuli huius proprietatem, secundum primordij formam, virginini, & ita vniuerso mulierum generi defensionem. [49 Conuertamus ad ipsas iam rationes CAP. VII. recensendas, per quas Apostolus docet velari feminam oportere, an eadem etiam virginibus competant: ut ex hoc quoque vocabuli communio inter virgines & non virgines constet, dum eadem velaminis causæ in vtraque parte deprehenduntur. Si caput mulieris, vir est, vtiq; & virginis, de qua fit mulier, illa quæ nupsit: nisi si virgo tertium 1. Cor. 11. genus est monstruosum aliquod sui capitis. Si mulieri turpe est radi siue tonderi, & virgini, 50 Proinde viderit seculum æmulum Dei, si ita virgini cæsum capillum decori mētitur, quemadmodum & puero permixtum. Ergo cui æque non conuenit radi siue tonderi, æque conuenit operiri. Si gloria viri est mulier, quanto magis virgo, quæ & gloria sibi est? Ibidem. Si mulier ex viro & propter virum, costa illa Adæ virgo primum fuit. 51 Si mulier potestatem habere super caput debet, vel eo iustiùs virgo, ad quam pertinet quod in causa est. Si enim 52 propter angelos, scilicet quos legimus à Deo & cælo exiisse, ob concupiscentiam feminarum; quis præsumere potest tales angelos, maculata iam corpora, & humana libidinis reliquias desiderasse, ut nō ad virgines potius exarserint, 53 quarum flos etiam humanam libidinem excussat? Nam & scriptura sic suggerit, Et factum est, inquit, cum copulissent homines plures fieri super terram, & filia: natae sunt eis. Conspicati autem filij Dei, filias hominum, quod pulchræ essent, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerunt. 54 Hic enim nomen mulierum Græcum, vxores sapit, quia de nuptiis mentio est. Cum ergo filias hominum dicit, manifestè virgines portendit, quæ adhuc apud parentes deputarentur: nam nuptæ maritorum nuncupantur: cum potuerit dixisse vxores hominum æque, non adulteros nominans angelos, sed maritos, dum innuptas sumunt filias hominum, quas natas supra dixit, sic quoque virgines significans. Supra natas, at hic angelis nuptas, aliud eas nescio quàm natas, & dehinc nuptas. Debet ergo adumbrari facies tam periculosa, quæ vsque ad cælum scandala iaculata est, ut cum Deo assistens, cui reus est angelorum exterminatorum, 55 ceteris quoque angelis erubescat, & malam illam aliquando libertatem capitis sui comprimat, iam nec hominum oculis offerendam. Sed & si contaminatas iam feminas angeli illi appetissent, tanto magis propter angelos virgines velari debuissent, quanto magis propter virgines angeli deliquisse potuissent. Si autè & naturæ præiudicium adiecit Apostolus, quod honor sit mulieris redundantia capillorum, quia coma pro operimento est: vtiq; hoc maximè virgini insigne est, quarum & ornatus ipse, propriè sic est, 56 ut concumulata in verticem, ipsam capitis arcem ambitu Crinium contegat. [57 Horum certè omnium contraria efficiunt, ne vir caput velet: scilicet quia non sit naturaliter cōsecutus ambitionem capillorum, quia radi siue tonderi non sit turpe illi, quia non propter illum angeli exorbitarint, quia gloria & imago Dei sit, quia caput eius Christus. Itaque cum de viro & muliere Apostolus tractet, cur illam oporteat velari, illum verò non, apparet cur & virginis silentium fecerit: eadem ratione scilicet virginem in muliere intelligendam sinens, 58 qua & puerum ut in viro deputandum non nominauit, totum ordinem vtriusque sexus propriis vocabulis complexus, mulieris & viri. Sic Adam etiam adhuc integer, vir in Genesi est cognominatus: Vocabitur, inquit, mulier, quia de viro suo sumpta est. 59 Sic vir Adam ante nuptiarum cōgressum, quemadmodum & Eva mulier, De vtraque parte satis ad vniuersam speciem cuiusque sexus Apostolus pronunciauit, & breuiter & plenè, tam instructa definitione, Omnis, inquit, mulier. 1. Cor. 11. Quid est omnis: nisi omnis generis, omnis ordinis, omnis conditionis, omnis dignitatis, omnis ætatis. Siquidem omne totum est, & integrū, & nulla sui parte defectum. Pars autem mulieris & virgo est. Æquè & de viro non velando, Omnis, inquit, Eccō duo diuersa Ibidem. nomina, Vir & Mulier, Omnis vterque. Dux leges obnoxia inuicem, hinc velandi, inde nudandi. Igitur si eo quod dictum sit omnis vir, commune est nomen viri, etiam nondum viri, 60 masculi inuestis: commune autem cum sit nomen secundum naturam, communis est & lex non velandi eius, 61 qui inter viros virgo est secundum disciplinam: cur non præiudicatum sit proinde & mulierem virginem omnem muliere nominata contineri con-

ULLIAN⁹
notati onibus
IELII,
V.
16.

fortio nominis, ut contineatur & communionem legis. Si virgo mulier non est, nec vir inuen-
 tis est. Si non operitur virgo, quia mulier non fit, operiatur inuestis, quia vir non fit. Eius-
 dem virginitatis a qua fit uenia. Sicut virgines non coguntur velari, ita pueri non iubeantur
 reuelari. Cur ex parte definitionem Apostoli agnoscimus absolutam, circa omnem uirum,
 nec detractamus, quare non & puerum nominari: ex parte autem præuaricamus, a quæ
 absoluta ea circa omnem mulierem? Si quis, inquit, contentiosus est, nos talem cõsuetudi-
 nem nõ habemus, neque Ecclesia Dei. Ostendit contentioẽ aliquam de ista specie fuisse,
 ad quam extinguendam toto compendio usus est: neque uirginem nominans, ut ostendat
 quod dubitandum de uelanda non esse, & omnem nominans mulierem, cum nominasset uir-
 ginem. Sic & ipsi Corinthij intellexerunt. ⁶³ Hodie denique uirgines suas Corinthij uelari,
 I. Tim. 2. Quid docuerint Apostoli, qui didicerunt, approbant. [⁶⁴ Videamus nunc, an sicut nature
 C. A. P. IX. & causæ argumenta uirgini quoque competere monstrauimus, ita etiam disciplina Eccle-
 siasticæ præscripta de muliere in uirginem spectent. ⁶⁵ Non permittitur mulieri in Ecclesia
 I. Cor. 4. loqui, sed nec docere, ⁶⁶ nec tinguere, ⁶⁷ nec offerre, ⁶⁸ nec ullius uirilium munus, nec di-
 cendæ officij sortem sibi uendicare. Quæramus an aliquid horum uirgini liceat. Si uir-
 ginem non licet, sed in omnibus eadem conditione subiicitur, & necessitas humilitatis cum
 muliere censetur, unde illi unum hoc licebit quod omni femina non licet? Quid præ-
 gatiuæ meretur aduersus conditionem suam, si qua uirgo est, & carnem suam sanctificare
 proposuit? ⁶⁹ Idcirco uelaminis uenia fit illi, ut in Ecclesia notabilis & insignis introita,
 ut honorem sanctitatis in libertate capitis ostendat? Poruit dignius honorari aliqua præro-
 gatiua uirilium aut gradus, aut officij. planè scio alicubi uirginem ⁷⁰ in uiduatu ab annis non-
 dum uiginti collocatam. ⁷¹ Cui si quid refrigerij debuerat ⁷² episcopus, aliter utique salu-
 respectu disciplinae præstare potuisset, ne tale nunc miraculum, ne dixerim monstrum, in
 Ecclesia denotaretur: uirgo uidua hoc quidem portentuosior, quòd nec quæ uidua caput
 textit, utrunque se negans, & uirginem quæ uidua deputetur, & uiduam quæ uirgo dicatur.
 I. Timot. 5. Sed ea auctoritate illic sedet intacta, qua & uirgo. ⁷³ Ad quam sedem præter annos sexa-
 ginta non tantum ueniunt, id est nuptæ aliquando eliguntur, sed & matres & quidem edu-
 catrices filiorum: scilicet, ut experimentis omnium affectuum fructuæ, facile norint cere-
 bras & consilio & solatio iuuare, & ut nihilominus ea decurrerint, per quæ femina pro-
 bari potest, adeò nihil uirgini ad honorem de loco permissum est. [⁷⁴ Sic nec de aliq-
 C. A. P. X. bus insignibus. Ceterum satis inhumanum, si feminae quidem per omnia uiris subdita,
 honorigeram notam uirginitatis suæ præferant, qua suspiciantur & circumspiciantur & ma-
 gnificetur à fratribus: ⁷⁵ uiri autem tot uirgines, tot spadones uoluntarij ⁷⁶ cæco bono suo
 incedant, nihil gestantes, quod & ipsos faceret illustres. Debent etiam & ipsi ⁷⁷ aliqua
 sibi insignia defendere, ⁷⁸ aut pennas Garamantum, ⁷⁹ aut corymbos Barbarorum, aut ⁸⁰ ce-
 cadas Atheniensium, aut ⁸¹ cirros Germanorũ, ⁸² aut stigmata Britonum: Aut ex diuinitate
 fiat, capite uelati in Ecclesia lateant. Certi sumus spiritum sanctum magis masculis tale
 quid subscribere potuisse, si feminis subscripsisset: cum præter sexus auctoritatem, etiam
 I. Timot. 5. ipsius continentia nomine masculos potius honorari oportuisset. Quorum quanto firmior
 audior & calidior in feminas, tanto continentia maioris ardoris laborator, ideoque di-
 gnior omni ostentatione: si ostentatio, uirginitatis est dignitas. ⁸³ Non enim & continentia
 uirginitati antistat, siue uiduorum, ⁸⁴ siue qui ex consensu contumeliam cõmunem iam ne-
 culauerunt? Nã uirginitas gratia constat, continentia uero uirtute. Non concupiscendi ignorans
 concupiscendo inoleueris, grande certamen est. Cuius autem concupiscendi ignorans
 fructum, facile non concupiscens, aduersarium non habens, concupiscendum fructus. Quo-
 modo ergo non magis uiris aliquid tale Deus in honorem subscripsisset, uel quia famulo
 riori, scilicet imagini suæ, uel quia plus laboranti? Si autem nihil masculo, multo magis fe-
 C. A. P. XI. minæ. [⁸⁵ Sed quod supra intermissimus, ex parte subsequatur disputationis, ne coheren-
 tiam eius dispergeremus, nunc responso expungemus. ⁸⁶ Vbi enim gradum fiximus de Apo-
 I. Cor. II. stoli absoluta definitione, omnem mulierem etiam omnis ætatis intelligendam: respicienda
 ex diuerso habebat, ergo à natiuitate & à primo nomine ætatis, uirginem operiri oportet.
 Non ita est autem, sed ex quo se intelligere ceperit, & sensum nature suæ intrare, & de
 Gen. 2. ⁸⁷ uirginis exire, & pati nouum illud quod alterius ætatis est. Nam & principes gentium
 Gen. 3. Adam & Eua quàm diu intellectu carebant, nudi agebant. At ubi ⁸⁸ de arbore agnitionis
 gustauerunt, nihil primum senserunt quàm erubescendum. Itaque sui quique sexus intelli-
 lectum tegmine notauerunt, sed & si propter angelos uelanda est, sine dubio ab ea ætate

A lex velaminis operabitur, à qua potuerunt filia hominum concupiscentiam sui adducere, & nuptias pati. Ex illo enim virgo desinit, ex quo potest non esse. Et ⁸⁹ ideò penes Israël illicium est ad virum tradere, nisi post contestatam sanguine maturitatem: ita ante hunc indicem ⁹⁰ acerba res est. Igitur si tam diu virgo, quam diu acerba est, desinit virginē cum matura cognoscitur, & vt non virgo iam legi applicatur, sicut & nuptiis. Et ⁹¹ desponsata quidem habent exemplum Rebecca, quæ cum ad sponsum ignotū adhuc ignota perduceretur, simul ipsū cognouit esse, quem de lōginquo perspexerat, non sustinuit dexteræ colluctationem, nec osculi congressionem, nec salutationis cōmunicatiōnem, sed confessā quod senferat, id est spiritu nuptam, negauit virginem velata ibidem. O mulierem iam de Christi disciplina. ⁹² Ostendit enim etiā nuptias de aspectu & animo fieri, quemadmodum stuprum: nisi quod etiam Rebecca quidam adhuc velant: de ceteris verò, id est, quæ desponsata non sunt, viderit parentum procrastinatio ex ⁹³ angustiis vel scrupulositatē descendens, ⁹⁴ viderit & ipsū continentiaē votum. Nihil pertinet ad ætatem suā spatia currentem, suāque debita maturitati lucentem. Alia in occulto mater, natura: & alius in latenti pater, tempus, filiam suam legibus suis maritarunt. Aspice nuptam iam illam tuam virginē, & animam expectatione, & carnem transfiguratione, ⁹⁵ cui tu secundum paras maritum. ⁹⁶ Iam & vox obsolefacta est, & mēbra completa sunt, & pudor vbique vestitur, & ⁹⁷ menses tributa defendunt: ac tu mulierem negas quam muliebria pati dicis. Si congressio viri mulierem facit, non tegantur, nisi post ipsam nuptiarum passionem. ⁹⁸ Atquin etiam apud B ethnicos velata ad virum ducuntur. Si autem ad desponsationem velantur, quia & corpore & spiritu masculo mixtae sunt, per osculum & dexteras, per quæ primum resignarunt pudorem spiritu, per commune conscientiaē pignus, quo totam condixerunt cōfusiōnem, quanto magis tempus illas velabit, sine ⁹⁹ quo sponsari non possunt, & quo vrgente sine sponsalibus virgines desinunt esse? Tempus etiam ethnici obseruant, vt ex lege natura iura sua ætatibus reddant. ¹⁰⁰ Nam fœminas quidem à duodecim annis, masculum verò à duobus amplius ad negotia mittunt, pubertatem in annis, non sponsalibus aut nuptiis decemtes. Materfamilia vocatur licet virgo, & paterfamilia licet inuestis. A nobis nec naturalia obseruantur, quasi alius sit Deus natura quam noster. [¹⁰¹ Agnosce & mulierem, agnosce & nuptam de testimoniis & corporis & spiritus, quæ patitur & in conscientia & in carne. Hæ sunt tabella: ¹⁰² priores naturalium sponsalium & nuptiarum. Imponne velamen extrinsecus, habenti tegumen intrinsecus. Tegantur etiam superiora, cuius inferiora nuda non sunt. Vis scire quæ sit ætatis auctoritas? Proponne vtramque, imaturè compressam in habitu mulieris, & quæ maturitate progressa in virginitate duret cum suo habitu, facilius illa mulier negabitur, quam ista virgo credetur. Tanta est adeò fides ætatis, vt nec habitu obstrui possit. Quid quod etiam hæ nostræ etiam habitu mutationem ætatis consententur, simulque se mulieres intellexerunt, de ¹⁰³ virginibus educantur, à capite quidem ipso deponentes quod fuerunt: vertunt capillum, & in acie lasciuioie comam sibi inferunt, crinibus à fronte diuisis apertam professæ ¹⁰⁴ mulieritatem. C lam & consilium formæ à speculo petunt, & faciem morosiorum lauacro macerant, forsitant & aliquo eam medicamine interpolant, ¹⁰⁵ pallium extrinsecus iactant, ¹⁰⁶ calceum stipant multiformem, plus instrumenti ad balneas deferunt. Quid singula persequar? Solennem manifestæ paraturæ totam circumferunt mulieritatem. Sed ¹⁰⁷ virginari volunt sola capitis nuditate, vno habitu negantes quod toto suggestu profitentur. [¹⁰⁸ Si propter homines habitu abutuntur, impleant illum etiam in hoc, vt & apud ethnicos caput velent. Certè in Ecclesia virginitatem suam abscondant, quam extra Ecclesiam cælant. Timent extraneos, reuereantur & fratres: aut constanter audeant & in vicis virgines videri, sicut audent in Ecclesiis. Laudabo vigorem, si aliquid & apud ethnicos virginitatis nundinarint. Eadem natura foris quæ & intus, eadem institutio apud homines & apud Dominum eadem libertate constat. ¹⁰⁹ Quò ergo foris quidem bonū suum abstrudūt, in Ecclesia verò prouulgant? Exposco rationem. Vtrumne vt fratribus suis placeat, an vt ipsi Deo? Sicut ipsi Deo: tam idoneus est ad conspicienda quæque in occulto fiūt, quam iustus ad remuneranda quæ soli sibi fiunt. Deniq; præcipit, nihil ¹¹⁰ debuccinemus eorum ¹¹¹ quæ apud illum mercedem merebūtur, nec ea ab hominibus cōpensemus. ¹¹² Quòd si vnus Victoriat, vel quamcunque elemosinæ operationem, sinistra conscientia facere prohibemur, quantum tenebrarum circumfundere debemus, cum tãtam oblationem Deo offerimus, ipsius corporis & ipsius spiritus nostri, cum illam ipsam naturam consecramus. Ergo

ULLIAN,
notati onibus
TELL,
V
16.

CAP. XII.

CAP. XIII.

IVY. 1140

Math. 6.

quod non potest videri propter Deum fieri, quia sic fieri Deus non vult, sequitur ut ho-
 minum gratia fiat: utique primo illicitum, ut gloriae libidinosum. Gloria enim illicitum est
 Sap. 8. i. Cor. 4. **us;** Quid gloriaris quasi non acceperis? Si verò non accepisti, quid habes quod datum tibi
 non est? Hoc ipso aut constat à Deo data tibi non esse, quòd illam non soli Deo prestas. Vi-
 CA. XIII. deamus ergo quod humanum est, an firmum sit & verum. [113] Referunt aliquando dictum
 à quodā, cum primum quaestio ista tentata est, & quomodo ceteras sollicitabimus ad hu-
 iusmodi opus? Scilicet felices nos faciet, si plures erunt, & nō Dei gratia vel merita cuius-
 que. Virgines Ecclesiam, an Ecclesia virgines ornat Deo, siue cōmendat? Confessus est igi-
 tur gloriam esse in causa. Porro vbi gloria, illic sollicitatio; vbi sollicitatio, illic coactio; vbi
 coactio, illic necessitas; vbi necessitas, illic infirmitas. Merito itaque dum caput nō tegunt
 ut sollicitentur gloriae causa, ventres tegere coguntur infirmitatis ruina. Emulatio enim
 illas, non religio producit: aliquando & ipse Deus venter earū, quia facile virgines fratru-
 mitas suscipit. Nectantū autē ruunt, sed & [115] funem longum delictorum sibi adtrahunt.
 Prolata enim in mediū, & publicato bono suo elata, & fratribus omni honore & charita-
 tis operatione cumulata, dum nō latent vbi quid admissum est, tantum dedecoris cogit
 quantum honoris habuerunt. Si intactum caput virginitati ascribitur, si qua virgo exci-
 derit de gratia virginitatis, ne prodatur, intacto permanet capite: & tūc iam alieno ambi-
 lat habitu, id est quem sibi vendicat virginitas: permanet nihilominus in habitu, vel tunc,
 saltem alieno, ne scilicet mutatione prodatur. Conscia muliebritatis, iā indubitate audent
 Matth. 10. nudo capite ad Deū adire. Sed amulator Deus & Dominus, qui dixit, Nihil [116] occultum
 quod non reuelabitur, plerasque etiam in conspectum deducit. Non enim confitebuntur,
 nisi ipsorum infantū suorum vagitibus prodita. Quantum autem plures, nō etiam de pluri-
 bus sceleribus suspectas habebis? Dicā licet nōlim, difficile mulier semel sit, quā timet fieri:
 ri: quāque iam facta potest virginē mentiri sub Deo, quanta item circa vterū suum aude-
 bit, ne etiam mater detegatur? Scit Deus quot iam infantes & pernici & perduci ad partū
 integros duxerit, debellatos aliquandiu à matribus. Facillimē semper concipiunt, & scilicet
 cissimē pariunt huiusmodi virgines, & quidem simillimos patribus. Hęc admittit flagitiū
 coacta & inuita virginitas. Ipsa concupiscentia nō latendi non est pudica: patitur aliquā
 quod virginis non sit, studium placendi utique & viris. Quantum velis bona mente conce-
 tur, necesse est publicatione sui periclitetur, dum percutitur oculis incertis & multis, dum
 digitis demonstrantium titillatur, dum nimium amatur, dum inter [117] amplexus & oscula
 fidua concalescit. Sic frons duratur, sic pudor teritur, sic soluitur, sic discitur aliter iam ple-
 cere desiderare. [118] Sed enim vera & tota & pura virginitas, nihil magis timet quam so-
 met ipsam: etiā foeminarum oculos pati non vult, alios ipsa oculos habet: cōfugit ad velle-
 men capitis quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat aduersus
 tentationum, aduersus iacula scandalorum, aduersus suspiciones, & susurros, & amulatio-
 nem, [119] ipsum quoque liuorem. [120] Nam est aliquod etiā apud ethnicos metuendū, quod
 fascinum vocāt, infeliciorem laudis & gloriae enormioris euentum. Hoc nos inter
 diabolo interpretamur, ipse est enim, boni odium, Interdum Deo deputamus. Illius
 enim, superbiae iudiciū, extollentis humiles, & deprimentis elatos. Timebit itaque virgo
 sanctior, vel in nomine fascini: hinc aduersariū, inde Deum: illius liuidum ingenium, hinc
 censorium lumen: & gaudebit, sibi soli & Deo nota. Sed & si cui innotuerit, sapit si [121] me-
 rationibus gradum obtulerit. Quis enim audebit oculis suis premere faciem claustrum
 CA. XVI. frangeretur. Iā se etiam mulierem negat, quā virginem celat. [122] In his consistit defunctio
 nostrae opinionis secundum scripturā, secundum naturā, [123] secundū disciplinam. Scriptura
 legem condit, natura contestatur, disciplina exigit. Cui ex his consuetudo opinionis pro-
 dest, vel qui diuersae sententiae color est: Dei est scriptura, Dei est natura, Dei est disciplina.
 Et de eius testimonio scriptura incerta non potest esse. Si de natura dubitatur, disciplina
 quid [124] magis Deo ratū sit ostendit. Nihil est illi carius humilitate, nihil acceptius mode-
 stia, nihil perosius gloria, & studio hominibus placendi. Illud itaque sit tibi & scriptura, &
 natura, & disciplina, quod ratum Deo inueneris, sicut iuberis omnia examinare, & melio-
 ra quāque sectari. Superest etiam ut ad ipsas conuertamur, quòd libentius ista suscipiant
 Oro te siue mater, siue soror, siue filia, virgo, [125] secundum annorū nomina dixerim, vbi
 caput

A caput: si mater, propter filios: si soror, propter fratres: si filia, propter patres: omnes in te a-
tates periclitantur, in due armaturâ pudoris, circumduc vallum verecundiâ, murum sexui
tuo strue, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos. Adimple habitum mulieris.
Vt statum virginis serues, mentire aliquid ex his quæ intus sunt, vt soli Deo exhibeas veri-
tatem, quanquam non mentiris nuptam. ¹²⁶ Nupisti enim Christo: illi tradidisti carnem
tuam, illi sponfasti maturitatem tuâ. Incede secundum spõsi tui voluntatē. Christus est qui
& alienas sponfas & maritatas velari iubet, vtique multo magis suas. [¹²⁷ Sed & vos ad- CA. XVII.
monemus alterius pudicitia mulieres, quæ in nuptias incidistis, ne sic à disciplina velami-
nis exolescatis, ne quidem in momento hora, vt quia reuicere illam non potestis, alio mo-
do destruat, neque tectâ, neque nudâ incedentes. ¹²⁸ Mitris enim & lanis quædam non
velant caput, sed conligant, à fronte quidē protectâ: qua propriè autē caput est, nudâ. Alię
modicè linteolis, credo ne caput premant, nec ad aures vsque demissis cerebrotenus ope-
riuntur. Misereor si tam infirmo auditu sunt, vt per tegmen audire non possint, Sciât quia
totum caput mulier est. Limites & fines eius eousque porriguntur, vnde incipit velis.
Quantum resoluti crines occupare possunt, tanta est velaminis regio, vt ceruices quoque
ambiantur. Ipsæ enim sunt quas subiectas esse oportet; propter quas potestas supra caput ^{1. Cor. 11.}
haberi debet. velamen iugum illarum est. Iudicabunt vos ¹²⁹ Arabiae fœminæ ethnicae,
quæ non caput, sed faciem quodque ita totam tegunt, vt vno oculo liberato, contentæ sint
dimidiam frui lucem, quàm ¹³⁰ totam faciem prostituere. Mauult fœmina videre quàm
videri. ¹³¹ Quas propterea infœlicissimas ait Romana quædâ regina, quod adamare magis
quàm adamari possint, cum sint vel ex alterius infœlicitatis, & quidem frequentioris, im-
munitate fœlices, quia facilius adamari quàm adamare fœminæ possint. Et ethnicae qui-
dem disciplina ¹³² meracior, & (vt ita dixerim) barbarior modestia. Nobis Dominus etiã
reuelationibus ¹³³ velaminis spatia metatus est. Nam quidâ forori nostræ angelus in som-
nis ceruices quasi applauderet verberans, Elegantes, inquit, ceruices, & meritò nudâ, bo-
num est vsque ad lumbos à capite veleris, ne & tibi ista ceruicum libertas non profit. Et
vtique quod vni dixeris, omnibus dixeris. Quantam autem castigationem merebuntur
etiam illæ, ¹³⁴ quæ inter Psalmos, vel in ¹³⁵ quacunque Dei mentione relectâ perseue-
rant? Meritòne etiam ¹³⁶ in Oratione ipsâ facillimè ¹³⁷ fimbriam, aut villum, aut quodli-
bet filum cerebro superponunt, & tectas se opinantur? Tanti caput suū metiuntur. ¹³⁸ Aliæ
quibus planè maior est palma omni fimbria & filo, non minus capite suo abutuntur, vt
¹³⁹ bestia quædam magis quàm auis, licet pennata, breui capite, protractâ ceruice, cetera
altegradia. Hanc aiunt, cum delirescendum habet, caput solum planè totum in conden-
sum abstrudere, reliquam se in aperto relinquere. Ita dum in capite secura est, nuda quâ
maior est, capitur tota cum capite. Tales erunt & istæ minus quàm vtile est tectâ. Opor-
tet ergo omni tempore & omni loco memores legis incedere, paratas & instructas ad
omnem Dei mentionē: qui si fuerit in pectore, cognoscetur & in capite fœminarum. Hæc
cum bona pace legentibus, vtilitatē consuetudini præponentibus, pax & gratia à Domino
nostro Iesu redundet, cum ¹⁴⁰ Septimio Tertulliano, cuius hoc opusculum est.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM DE VELANDIS VIRGINIBVS.

I. DE VIRGINIBVS VELANDIS.] Si vs-
quam alibi, certè hic adfirmare possum, quod quum multa
alia Rheanus probe tractarit Tertulliani loca, in nonnul-
lis vsus est parum fauente, ne dicam inuita, Delia venari.
Quippe qui sub finem Argumenti, Autorem omnino a-
liet interceptetur quàm ipse scripserit, in hæc verba: Porro
(inquit) obseruandum eas virgines, quæ velatæ in Eccle-
siam veniebant, virgines Dei hic dici; illas verò quæ
foris quidem, hoc est in vicis, propter ethnicos velabantur,
eterum in ipsâ cæu Christianorum siue Ecclesia nudato
stabant capite, virgines hominum appellari, iuxta illud
Genesius filij Dei, & filia hominum. Neque enim virgi-
nes hominum, quæ vocat Auctor, in Ecclesiis dimit-
tat, sed & in vicis & vbiq; relecto capite incedebant,

donec iam desponsatæ nuptiis essent proxima. Atque hinc
dicuntur c. 3. non regi, sed prostitui, & : nuda planè
fronte temerariè audaciam excitatè, tamquam quæ
aliquid à vitis peterent, ambire aduersus virgines
Dei, eo quod aliter incederent, nempe velatæ. Deinde
easdem increpat, quod, quum reliquo habitu mulie-
ritatem profiteretur, sola capitis nuditate virginari,
id est: pro virginibus haberi vellent. At econtrariò vir-
gines Dei increpat, quod quum foris velari soleant, in
Ecclesia ostentationis gratia caput nudent. Sic c. 9. vt in
Ecclesiâ notabilis & insignis introëat, vt honorè
sanctitatis in libertate capitis ostendat. & cap. 13.
Certè (inquit) in Ecclesiâ virginitatē suam abscon-
dant, quæ extra Ecclesiâ calant. Timet extraneos,
Ii iij

ULLIAN,
notati omnibus
VELLI,
V
16

reuerantur & fratres. Aut constanter audeant & in vicis virgines videri, sicut audent in Ecclesiis. Verum de hoc haecenus.

Alius est error Rhenani manifestior, qui ex ipso contextu Auctoris conuincitur, quod dubitet an virgines Dei, de quibus supra, consecrate fuerint, aut professionem fecerint, addens nullam profus eius rei hic mentionem fieri. Cuius tamen contrarium mecum iudicabit equus Lector, qui sequentes Tertulliani phrasim penitus inspexerit. Primum cap. 3. dicuntur tanto magis libera, quanto Christi solius ancilla, item: virgines sanctae. Quod ut queat alio retorqueri, certe illud non potest: O sacrilegae manus, quae dicatum Deo habitum (en consecrationem etiam ipsius Velaminis virginum Dei, de quo tamen etiam Rhenanus negat hic agi) detrahare potuerunt. Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à virgine electum (en voluntariam electionem) cognouisset? Cui similiter cap. 9. Siqua (inquit) virgo est, & carnem suam sanctificare proposuit. Iam vtro ad professionem continentiae votum? Aperiens est illud cap. 13. Cum tantam opationem Deo offerimus, ipsius corporis & ipsius spiritus nostri, cum illam ipsam naturam consecramus. Denique & illud cap. 16. Nupisti enim Christo; illi tradidisti carnem tuam, illi sponcasti maturitatem tuam. Bene quidem habet, quod melius Erasmo sentiens, ibidem subiungit. Posterior aetas, nempe D. Ambrosij, sacratas virgines habuit, & velatas ab Episcopo. Hinc illud apud eum Auctorem lib. 3. de Virginitate: Discite quantas Alexandrina, totiusque Orientis & Africana Ecclesia quotannis sacrare consueverint. Pauciores huiusmodi homines prodeunt, quam illic virgines consecrantur. Item mox: Alii etiam plerique maturioris aetatis virgines esse velandas. Neque ego abnuo, Sacerdotalis esse cautionis debere, ut non temere puella veletur. Et infra: Nec mirere in adolescentulis professionem. Et etiam media illa aetate, immo & ab Apostolorum temporibus, continentiae in viris supra ostendimus lib. de Cultu saemin. cap. 9. num. 51. & in feminis, Virginitatis voti antiquitatem, Adnotat. nostris in dictam lib. B. Cyprian. de Habit. virgin. num. 18. & in epist. 62. ad Pompon. de Virgin. num. 9. Loci autem ibi ex Tertull. praeterea citati sunt isti. Alter lib. 1. ad Vxorem: Quae (inquit) nulla formae vel aetatis occasione prestae maritis sanctitatem anteponunt. Malunt enim Deo nubere; Deo speciosa, Deo sunt puellae; cum illo viuunt, cum illo sermocinantur, illum diebus ac noctibus tractant; orationes suas velut dotes illi adsignant; ab eodem dignationem velut munera maritalia, quotiescunque desiderant, consequuntur. Et quod ad professionem proprie pertinet (nam de viduis eandem rationem esse ibidem diximus:) Nihil (inquit) viduitati apud Deum subsignatae necessarium est quam perseuerare. Alter vero sub finem lib. Exhort. ad castit. Quanta igitur (inquit) & quae in Ecclesiis ordinari in Ecclesia solent, quae Deo nubere maluerunt, quae carnis suae honorem instituerunt, quaeque se iam illius pudoris filias dedicauerunt. Eadem pertinet & illud lib. de Resurr. carn. Tom. sequ. Virginitas quoque & viduitas Deo adolentur: & quod aperiens est lib. de Monogamia, ubi tractans locum Apostoli 1. Tim. 4. Habentes (inquit) iudicium quod primam fidem resciderunt, illam

videlicet, à qua in viduitate inuenta & professam, non perseuerant. De recentioribus taceo, quandoquidem Rhen. citra Ambrosij aetatem, Virginitatem velatum professionem agnoscit. Addeam dumtaxat eos Auctores veteres, apud quos quum de Virginitate ex professo scripserint, non dubium quin dogma hoc catholicum confirmatum reperire sit. Sunt autem praeter Tertullianum, & B. Cyprianum BB. Xystus Papa II. Athanasius, Basilus, Nazianzenus, Chrysostomus. Item Ambrosij libri De Virg. 3. Exhort. ad Virg. Ad virg. deuota, Ad virg. lapsam, De institutione Virg. D. Hieronymus de Virg. ad Eustochium & ad Demetriadem, Augustini lib. de Virginitate, & epist. ad Armentarium ac Paulinum. Praeterea libri eiusdem argumenti Iuliani Tolerati, Fulgentij, Auiti Viennensis, Leandri Hispanensis, Quibus adde Bernardi seu Cliniacensis seu alterius libri tres insignes de Virginitate, quos penes me MS. habeo.

Errant denique crassissime Magdenburgenses, dum inter neuos Tertullianum collocant: Quod hoc libro Virgines voluerit velari sicut maritatas. Verum quum maior rationibus errorem id esse comprobent, & contraria pro se Auctor ipsius Apostolum non semel allegat, praesens esse superuacaneum vis hac de re respondere. Neque enim video quid ad illud Apostoli respondere queant. 1. Cor. 11. Omnis mulier orans aut prophetans non velata capite deturpat caput suum. Vnum enim est ac si deturcat. Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si vero torquetur mulieri tondere aut decalari, velat caput suum, & ideo debet mulier potestatem habere supra caput prope angelos; ubi potestatem accipi pro velamine inpletus suo loco dicemus. Hic iustificat addidisse illud Auctoris infra cap. 8. Omnis (inquit) mulier. Quia est omnis: nisi omnis generis, omnis ordinis, omnia conditionis, omnis dignitatis, omnis aetatis. Sed quidem omne, totum est, & integrum, & nulla sui parte defectum. Pars autem mulieris & virginitatis est, &c. quae compendij gratia omittimus.

CAP. II.

2. Proprium iam negotium passus meae opinionis, &c. Caput hoc inscripsimus. Quod contentudo veritati contraria non praescribat. Similiter autem loci sunt apud B. Cyprianum epist. 63. ad Caecilium. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem. Item epist. 73. ad Iubaianum: Proinde praesertim quidem, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo maior sit veritate, aut non id sit in spiritualibus sequendum, quod in naturalibus fuerit à Spiritu sancto ordinatum. Et ad Pompeianum epist. 74. Consuetudo sine veritate veritas erroris est. Quos locos ea de causa citauimus, quod in eis ad veritatem Auctorem in hoc capite imitetur. Neque interuenientia faciunt contra consuetudinem, cui veritas suffragatur, quia B. Augustinus docet nihil debere firmius retineri, de qua latius Adnot. nostris in dicta epist. ad Iubaianum n. 50. Pro quo facit illud Apostoli infra citatum: Nihil consuetudinem non habemus, neque Ecclesiae Dei ex quo proinde à contrario sensu constat Ecclesiae consuetudinem obseruandam esse. Item illud Auctoris cap. 2. Habent Ecclesiae Apostolicae consuetudinem auctoritatem, & Non possumus respicere consuetudinem, quam damnare non possumus. De quo quod supra lib. de Coron. milit. c. 4. ubi etiam hoc ipsum argumentum tractat: His (inquit) exemplis consuetudinarum erit, posse etiam non scripta traditionis obseruatione defendi, confirmata consuetudine, &c.

idonea teste probata tunc traditionis ex perseuerantia obseruationis. Consecuto autem etiam in ciuilibus rebus pro lege fuscipitur, cum deficit lex. Vbi vide Adnot. nostra n. 27. 4. 1. 4. 2. & 46.

3. Latine quoque ostendam. Ex hoc loco recte colligit Rhenanus librum huius argumenti Græcè quoque scripsisse Auctorem. Id est enim quod vult supradictis obferuissè, illis verbis, negotium passus meæ opinionis. Verum de hoc latius infra Tom. 5. inter fragmenta librorum Tertulliani qui desiderantur.

4. Hæresis non tam nouitas quam veritas reuincit. Quum vbi que ferè contrarium inculcet Auctor, nempe vnum ex præcipuis esse contra hæreticos præscriptum, quod nouitate reuincantur, sicuti late demonstramus lib. de Præscript. adu. hæret. num. 1. & 182. ac interis 29. 30. & 31. capitibus; videtur istud pertinere ad institum sui erroris. Nam & mox num. 6. diuersis verbis meminit Paracleti (quo nomine haud dubiè Montanus intelligitur) à Domino misit.

5. Regula quidè fidei vna omninè est, sola immobilis, &c. Sic cum excusis, MS. 1. Variè alijs inuolabilis, perinde est. Similiter autem dixit libro 1. adu. Marc. Stabat (inquit) fides semper in creatore & in Christo eius, sed cõuerfatio & disciplina nutabat: Nam alijs de Idolothyo edendo, alijs de mulierum velamento, &c. discerebant, de Deo nemo. Ex quo hæc patet variam etiam fuisse de mulierum velamento aliquando sententiam. Atqui Regulam (scilicet Symboli) fidei, ipsam penè verbis, immo integram repetit libris de Præscript. adu. hæret. & adu. Præcæ infra Tom. sequ. quod lectum remittimus. Ad librum priore adnotasse contèri, quod hoc loco illi suppleri debent: omnipotentem. & sub Pontio Pilato, & hic ex lat. ad Præcæ: mortuum & sepultum. Hic autem omisit fortassis ex propositionem spiritus sancti, quod iam inciperet Montanizare, sicut libro illo priori, quem adhuc catholicus consensit. Atqui quod Deus sit omnipotès, late tractat Augustinus in Symbolo inter opera B. Cypriani, qui etiam legit sub Pontio Pilato, C. 3. Variè, denique legitur tercia die, eo quod sic etiam habeat lib. de Præscript. adu. hæret.

6. cum propterea Paracletum miserit Dominus, &c. Pertinet hæc & sequentia ad finè huius capituli usque, ad hæresim Tertulliani ac Montanistarum, qui Membrum Paracletum faciebant, contra quam latius in nostro Prælogomenis. Hoc hic dixisse sufficiat, quod in epist. qua de Spiritu sancto prædicit Christus, ipse suo Paracletum adscribat.

7. & superuentientia reuincit vobis. Ad verbum ex Græco (vri ante me ad marginem adnotauit Rhenanus) ἡ παρ' ἐμοῦ ἐνεκα ἀναγνώσει ὑμῶν. De reliquis huius scripturæ vide infra initium lib. de Monog. vbi ad idem institutum ea sensu interpretatur.

8. Sed & supra de hoc eius opere pronuntiauit. Alludit ad illa verba eiusdem capituli præcedentia: Si non abierit, Paracletus non veniet ad vos, &c.

9. Tempus (inquit) omni rei. Ad verbum etiam hoc ex Græco 70. εἰς ἡμέρας τῶ παντὶ ἀρχαῖα.

10. eruditur in manuetudinem sapotis. Ita dicitur (inquit Rhenanus) eruditur in fructum, de flore, in lib. de Carne Christi: Quia per florem (inquit) & ex flore omnis fructus eruditur in fructum.

11. sed que mandantur à Christo. Hic videtur aliud exemplar habuisse, sicuti ferè in scripturis noui Testamenti & Psalmis, nihil enim tale hodie legitur, sed ad verbum ex Græco: quæcumque audiet, loquetur.

12. Hic solus antecessor. Aliter hic videtur accipi Antecessor quam paulopost, vbi agnoscit in Ecclesiis Græciæ tēpora & antecessores; quia ibi videtur proprie accipere pro iis qui tēpore antecesserunt, hic verò pro eo qui honore antecessit & auctoritate; alioqui enim sibi videretur contradicere. Posteriore hanc acceptionē Iurecõsultis etiam adtribuit Iustinianus, quod alijs qui lus non didicere, honore antecessit: qua significatione etiam Auctor Apostolos Antecessores vocauit (vri etiam ante me adnotauit Turnebus) de Paulo Apostolo loquens lib. adu. Marc. 1. & 5. his verbis: cū Apollolis antecessoribus conferebat, & : qua dexteræ ei darent antecessores. Quo fit ut etiam capite sequenti Apostolos intelligi existimari, nisi hic videretur hac exceptione: Hic solus Antecessor. Atqui etiam noua phrasîs est: vique non olim, pro: non ita pridem, quod initio cap. 3. dixit: ad vique proximè.

CAP. III.

13. Sed nolo interim hunc morem, &c. Titulo huius capituli dedimus: Quod in Ecclesiis per Græciam Apollolicis hæc consuetudo velandarum virginum vltata fuerit. De quibus Ecclesijs vt ne hic sim prolixior, latius lib. de Præscript. adu. hæret. Tom. sequ. lib. 4. adu. Marc. illuc etiam differentes Rhenanus bonam hæc de re Adnotationem.

14. & quædam Barbarias. Quid hic (inquit Rhenanus) adnotatur etiam Barbarias sunt in Græcia? Barbaria pro regione Barbarorum etiam alibi vitur, vt adu. Marc. l. 1. iam & beltiis illius Barbariæ, importunior Marcion. Loquitur autem de Ponto.

15. Est & sub hoc cælo institutum istud alicubi. Europe cæclâ intelligitur, in qua alicubi indicat Virgines velari solitas.

16. ius pacis & nomen fraternitatis, &c. Etia de hoc vide librum de Præscript. adu. hæreses eodem loco.

17. lauacri sacramenta. Quamquam nescio an quis vnquam dubitarit, an Baptismus (quem lauacri nomine intelligitur) sacramentum sit, de eo tamen etiam ibi, & latius lib. de Baptismo. Alludit autem ad illud Apostoli Ephes. 4. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre, Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus.

18. Semel dixerim, vna Ecclesia sumus. Libro de Vnitæte Ecclesiæ B. Cypri. dictam etiam scripturam adfert ad eandem comprobendam, & alias præterea multas; ad quem librum Lectorem remittimus, & nostras in eundem Adnotationes. Præterque autem illud: vnu corpus, vnam Ecclesiam interpretatur.

19. que magis ex duabus, &c. Quæ (inquit Rhenanus) pro vtra; qui etiam rectè interpretatur illud: quæ virgines includit, velamine nempe, id est velat. Atqui imprimis pulchra est sententia: quod in omnibus variè institutis & dubijs, & incertis adhibèda sit examinatio, quæ magis ex tam diuersis consuetudinibus disciplinæ cõueniat. Sine autè paulopost legas: aliquæ tales cum exc. aut: aliqui cum 3. MS. perinde est.

20. subfundi. Hoc verbo (inquit Rhenanus) etiam alicubi vitur lib. de Exhort. castit. Imò subfusio pigris simul ad continentiam Deo exhibendam.

CAP. IIII.

21. Sed nec inter consuetudines dispicere, &c. Inscriptionem hanc huius capituli facimus: Quod vtraque consuetudo Carthagini libera fuerit, regi vel nō, sicut & nubere. Atqui obscuri illud: aduersarijs bonorum multoq; institutorū, videtur sic interpretari.

ULLIAN, notati onibus TELI, V 16.

dum: aduersarius bonorum, multoque magis bonorum institutorum; ut multoque accipitur pro multomagis.

22. Scandalum (nisi fallor) non bona rei, sed male exemplum est; edificans ad delictum.] Pulchra scandalum definitio, ex qua proinde recte concluditur: Quid enim si & incontinentes dicant, se à continentibus scandalizari, continentia reuocanda est? ac si dicat, minime. Atqui de virorum continentia vide lib. preced. de Cultu famin. c. 9. de Virg. initio huius lib. cap. 1. Legunt autem 3. MS. cod. mundinatio capta, pro eo quod est: nundinatio, & similiter infra c. 13. si aliquid & apud ethnicos virginitatis mundinarint, pro: nundinarint. sed neutrum placet. Sine autem cum isdem MS. legas: arcessita quasi ad stuprum, sine arcessita cum excus. perinde est. Quomodo etiam indifferens est lectio: non minus enim & hoc pati nolunt, quod excus. aut volunt, quod habent MS.

23. monagamia reculanda.] Etiam hoc ad heresim Tertulliani pertinet, de qua latius tum in eius libri argumento, tum lib. 2. ad Vxorem, & Exhort. ad castit. ac in Prolegomenis inter errores eius.

24. O facilegæ manus, quæ dicatum Deo habitum letrahere potuerunt, &c.] Quod prius dicit: sublato velamine, hic: dicatum Deo habitum vocat; ut hinc appareat iam ab ea ætate quasdam Virgines Dei velamine vti solitas; quod ipsum in Epist. 62. B. Cyprian. num. 9. comprobauimus. Idem etiam ex electione, iuxta id quod sequitur: Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à virgine electum cognouisset: de quo & similibus infra locis supra latius nu. 1. Ex Vatic. verò MS. 3. cod. paulopost restitutum vocem Tertulliano vsuratis. expungitur, pro eo quod erat: expugnatur.

CAP. IIII.

25. Quatenus autem & de scripturis, &c.] Insignitum hoc caput hac inscriptione: Quod Apostolus velamen præficiens, mulieris nomine etiam virgines intelligat.

26. quomodo illic (inquit) vbi, &c.] Recte adnotauit Rhenanus: inquit, accipi sicuti & alibi frequenter, pro: inquit. Ad didimus verò particulam negantem, vbi legimus: immò ex hoc non velari quæ non iubentur. Item ex MS. 3. Vatic. legimus: Qui enim sciebat aliàs, pro: in aliis.

27. Diuisa est mulier & virgo.] Ad verbum expressit quod Græcè est 1. Cor. 7. μενείρεται ἡ γυνὴ ὡς ἡ κεφαλή τοῦ σώματος. Pro quo magister interpres: diuisus est. Et mulier innupta & virgo, planè diuerso sensu. B. autè Cypri. de Habit. virg. c. 13. Testim. ad Quirin. omisso illo: & diuisus est. siue: & diuisa est, nò aliud quàm: Sic & mulier. Et virgo innupta. Explicat autem mox suam lectionem, dicens: Quoniam innupta, id est, virgo, cogitat, &c. nupta verò, id est, non virgo, &c. quæ ipsa aliis verbis vertit supra lib. 1. ad Vxorem cap. 3. in eandem tamen sententiam. Veruntamen legisse Auctorem alicubi cum nostro interprete Latino: Et diuisus est: videtur indicare B. Hieronym. lib. 1. adu. Iovin. vbi dicit: Certè & Tertullianus cum adhuc esset adolescens, lusit in hac materia, defendens disertis verbis, in Latinis codicibus tunc lectum fuisse, quemadmodum hodie in Græcis, sed eam lectionem non esse Apostolica veritatis, & Apostolum legisse: & diuisus est, ac deinde: Mulier innupta & virgo.

28. inalterauit.] Vsurpat hoc Auctor, pro: non alterauit, sicuti alibi incriminari, pro: non criminari. Lego autè paulopost ex MS. 2. mulieris & virginis, pro:

muliebri. De voce autè: singillatim, vide Adnot. stras in B. Cypri. lib. de Orat. Dominica, num. 18.

29. Naturalis vocabuli generale mulier.] Etiam apud Iureconsultos Mulierem generale vocabulum esse patet ex Vlpiano, l. Queritur. D. de Edilit. edictis, vbi mulier dicitur etiam ea, quæ virum non genuit.

30. subiectiuum antecessiuo.] Quandoquidem hic duo tanquam relatiua commemoret, oportet ut subiectiuum accipiat, pro eo quod subiicitur seu succedit. De porionali autem infra latius Tom. 5. lib. de Iur. Legum verò cum MS. 3. Vatic. in ipso intelligitur, pro: intelligitur, quia subditur: & in ipso significatur.

31. & omnis census elementorum.] Similiter dicit Apolog. cap. 7. Censuræ istius disciplina à Tiberto est. Accipit autem censum, pro: censitione.

CAP. V.

32. Sed quoniam ita mulieris nomen, &c.] Huius capitis titulus constituitur: Quod ex scriptura bene fecos comprobetur generale esse mulieris vocabulum. In quo & Auctorem imitatur B. August. de Iud. contra Manich. cap. 22. adducens illud Genes. 2. Formam eam in mulierem.

33. adhuc digna paradiso, adhuc virgo.] Hanc ab similitudinem paulopost: Quoniam ex viro suo innupta est, & ipso adhuc virgine. In quibus locis Tertullianus imitatur B. Hieronym. dum disertis verbis alicubi dicit: Quamdiu in paradiso fuerit Adam & Eva, fuisse virgines. Item & B. August. lib. 14. de Ciuit. Dei, cap. 24. Sine autem legas cum excus. quoniam & adicit, sicut cum MS. adicit, perinde est.

34. & conglutinabitur mulieri suæ.] Ad verbum etiam ex Græco translulit illud: ἡ γυνὴ κληθήσεται ὡς ἡ κεφαλή, quæ vocem significat.

35. & erunt duo in carne vna.] Hæc veritas esse lectionem, pro: ea quod erat: in carne vna, censum pro: ex eo quod paulopost sequitur: vbi enim duo in carne vnam efficiuntur, tum quod similiter legat Auctorem de Anima, tum denique quod non modo Gen. 2. sed & Matth. 19. 1. Cor. 6. & Ephes. 5. legatur Græcè: ὡς ἡ κεφαλή.

36. Prophetico modo.] Nam Prophetæ (inquit Rhenanus.) solent de futuris eus de presentibus loqui. Huius eundem habet quod sequitur: Ad Prophetiam rationem. item: ad Prophetiam interpretatur. Adnotat autem ad illa verba sequentia: Hoc os est cæcæ meæ, &c. quæ propheta esse dicitur ab Auctore in lib. de Anima.

37. & caro ex carne mea vocabitur mulier.] Hic prætermisit voculam Græcam: ὡς τῆς, pro: propter hanc distinctione cõiunxit duo commata, quomodo autem Græcè & Latine legatur: Hæc vocabitur.

38. Nam & Græci, qui magis vocabulo mulieris in vxore vtuntur, &c.] Vocem γυνή intelligitur quamquæ locis predictis, vbi cumque vertit Auctorem mulier, accipitur generaliter pro muliere, sicuti etiam vertitur γυνὴ ἡ ὁμοίος, muliebri sexui similis, frequentius tamen pro vxore vsurpatur.

39. alia habent propria vocabula vxoris.] Huius spectat imprimis quod vxor dicitur Platoni 90. quæ dicitur Deinde hæc sunt eiusdem synonyma: ὁμοίος, ὁμοίος, ὁμοίος, ὁμοίος, ὁμοίος, ὁμοίος.

40. Propter hoc relinquit homo patrem & matrem.] Et si refragari vultis exemplaribus etiam MS. ita legimus:

cenſeo, eo quod ſupra legat Auctor: Propterea, & lib. de Anima. Propter hoc, nam propter hanc, quod lege-

41. matrice generis ſæminini.] ſimiliter dixit Au-

42. quoniam ex viro ſumpta eſt.] Quam no-

43. Sed dicemus & de viri nomine ſuo loco.]

CAP. VI.

45. Videamus nunc ſi & Apoſtolus, &c.] Simi-

46. licet Hebion reſiſtat.] De Hebionis hæreſi

47. Benedicita tu inter mulieres.] Expreſſior eſt

48. Deſponſata enim quodammodo nupta. Tam-

CAP. VII.

49. Conuertamus ad ipſas iam rationes recen-

50. Proinde viderit ſeculum æmulum Dei, &c.]

51. Si mulier poteſtatem habere ſuper caput de-

52. propter angelos, quos legimus, &c. excidiſſe,

53. quædam ſos etiam humanam libidinem ex-

54. Hic enim nomen mulierum Græcum, vxor-

55. ceteris quoque angelis erubeſcat.] Hic vide-

56. vt concumulata in verticem, &c.] Alludit

CAP. VIII.

57. Horum certè omnium contraria efficiunt,

58. qua & puerum vt in viro deputandum.] Sic

59. Sic vir Adam ante nuptiarum congreſſum.]

ULLIAN, notati onibus TELLI, V. 16.



stuit aut aratem, non autem nuptiarum congressum.

60. masculi inuestis. Inuestis (inquit Rhen.) im-
puberem significat, sicut Vesticeps iam puberem. Est autem
receptum inuestis vocabulum apud Auctores pro imber-
bi, a vestiendo. Etymologium explicat paulopost: Et pu-
dor (inquit) ubique vestitur. Simpliciter tamen Auctor
accepit hanc vocem lib. de Pall. c. 3. quum de Adam: nu-
dus (inquit) & inuestis.

61. qui inter viros virgo est. Addimus: est ex 3.
MS. cod. Vatic. Similiter dicit infra c. 10. Viri autem tot
virgines, tot spadones voluntarij, phrasi magis Ec-
clesiasticis quam profanis scriptoribus usitata. Eodem per-
tinet illud etiam quod mox subiungit: Eiusdem virgi-
nitatis æquæ sit venia.

62. nec detractamus. Similiter dicit initio lib. 2.
ad Exorem, cap. 2. supra, Detractata & exerta sen-
tentia est, nouo vsu huius verbi (vbi illic adnotat
Rhenan.) quo accipit compositum pro simplici. Quare non
placet varia lectio i. editon. in margin. nec retracta-
mus.

63. Hodie denique virgines suas Corinthij ve-
lant. Explicat hic quam Ecclesiam supra intellexerit c.
2. quum dicit: per Græciam & quosdam Barbarias
eius plures Ecclesie virgines suas abscondunt. Nam
& Apostolicam esse Corinthiorum Ecclesiam patet
ex Apostoli duabus ad eos Epistolis, & quibus etiam hæc
scriptura de Velandis mulieribus desumpta est. Atque
hoc est quod subiungit: Quid docuerint Apostoli, qui
didicerunt, adprobant.

CAP. IX.

64. Videamus nunc, an sicut nature & causa,
&c. Titulum huic capiti dedimus: Quod præscripta
discipline Ecclesiasticæ de muliere etiam in virgi-
nem spectent. Ita enim legitur ex 3. MS. Vatic. pro eo
quod erat: spectant.

65. Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui.
Sensum potius transtulit hic Auctor quam verba Apo-
stoli i. Cor. 14. priora & posteriora coniungens; deinde il-
lud: sed nec docere. & i. ad Tim. 2. c. Quæ prædicatio
mulieribus interdicitur (vel Rhenano teste.)

66. nec tingere. Sic MS. 3. pro: tingere. De quo
supra lib. de Patient. n. 14. Atque quod mulieribus tin-
tionem id est baptismum non permittit Auctor, sanè in-
telligendum: in Ecclesia nempe, ut illud ad omnia hæc re-
feratur; nam in necessitate id illis permittitur. De quo in-
terim latius lib. de Præscript. adu. hæres. & lib. de Bap-
tis. sequi. Tomo.

67. nec offerre. Offerre, si vsquam alibi, hic accipi
pro sacrificare (vbi loquitur Rhenan.) Missam celebrare
mulieri non permittitur; alibi igitur ubi permittit vidua
offerre annuis diebus dormitionis sui mariti, aut
debet accipi, pro: oblationes offerre in sacrificio, aut
certè quemadmodum loquitur l. de Exhort. ad cast. offer-
re & commemorare per sacerdotem. Locæ adnotatu
digni ad confirmationem sacrificij Missæ, quemadmodum
l. præc. etiam adnotauimus, et l. de Orat. n. 1. ac aliis qua-
que locis ibidem citatis latius.

68. nec vllius &c. sacerdotalis officij sortem sibi
vendicare. Clericorum officium ita circum scribit. nam
ἄνθος ἀ sorte nuncupatur, ut diximus ex B. Hieron. ad
epist. 6. B. Cypr. n. 1. vsque adeo autem hoc verum est, ut
non mulieribus modo, sed & virginibus sacratis sit
interdictum sacra vasa, vel pallas contingere, aut incensum
circum altare deferre, per B. Soterem Papam Epistol. 2.
iam ante Tertulliani aratem, quare videtur ad illam al-

ludere, vt vel hinc comprobetur eius Epist. Decretalis au-
thoritatis.

69. Idcirco velaminis venia fit illi. Regit hæc in-
terpretatur Rhenanus, ac si dicat, gratia fit illi ne vela-
men gesserit, seu: illud remittitur ei, quemadmodum dicit
Tacitus lib. 10. Exilij veniam. De voce autem: notabilis,
sue: notabiliter, vide Adn. nostras in B. Cypr. de Discep.
& hab. virg. n. 37.

70. in viduatu. Viduarum (inquit Rhen.) accipi
pro ordine viduarum, quæ post annum 60. ab Episcopo in-
cum numerum ascribentur.

71. Cui siquid refrigerij. Refrigerium accipit
pro subsidio seu subministrato, vbi vult interpretari
apud Apostolum. Similiter dicit supra lib. ad Scapulam.
Indigentibus refrigeramus, id est, refrigerium ad-
mimus. Sic absoluit lib. adu. Praxeam: apud Abraham lib
queru refrigerauerit.

72. Episcopos. De Episcopo & aliis ordinibus
Ecclesiasticis videtur Lector infra Adn. nostras in lib. de
Præscript. adu. hæres. ad illud: Itaque alius hodie Ep-
scopus, alius cras, Paulopost 3. MS. cod. habent: illic de-
det connecta; sed instituto magis conuenit Rhenani
lectio: interiecta, ex Gortensi cod. Est autem monachi
inter vetulus iam casus sedere puellam virginem in medio
capite.

73. Ad quam sedem, &c. eligantur. Quod hic ad
sedem eligi, supra l. 1. ad Exorem dicit: in ordinem
nem adlegi, de quo ibi latius. Adhuc autem ad
post. 1. Tim. 5. de Viduis.

CAP. X.

74. Sic nec de aliquibus insignibus, &c. Etiam
capitis titulus à nobis ponitur: Quod non magni
minæ quam viri notam virginitatis suæ præsentem
debeant.

75. Viri autem tot virgines, tot spadones. Pro
de hac de re librum præcedentem de Cult. femina. Eodem
pertinet quod paulopost dicitur de isdem: tanto con-
tinentia maioris ardoris laborator. & Virginitas
gratia constat, continentia verò virtus
&c.

76. cæco bono suo, &c. Cæcum (inquit Rhenan.)
vocat, quod non videtur. Ita scopolus in mari latentibus
ta cæcos vocant. Sic in Valentini: Alitè habent: qui
quit) in cæca detrudatur.

77. aliqua sibi insignia defendere. Defendere
sibi, pro arrogare. Ita (inquit Rhenan.) saepe loquitur
verbum defendo, ut paulo superius: secundum pro-
mordij formam, virgini, & ita vniuerso mulie-
rum generi defensam.

78. aut pennas Garamantum. Inter sensum
quit idem) illos Libyæ populos sunt & Garamantum
Virgilius:

— aut Rhodope, aut extremi Garamante.
Plinius tradit eos: matrimoniorum exortes, passim eximie
minis degere.

79. aut croblylos Barbarorum. Prima etiam
Rhen. legebat Scrobulos, & scholiæ ad magis accepit
tabatur, tanquam Scrobuli, voce diminutiva a scro-
foramina essent aurium, per que Barbari traicerent, pennis
mas & annulos. Deinde in altera Scrobulos, etiam
Adnot. ista: Strobulus Græcis pineam nucem significat,
gestamen ex auro Barbarorum quorundam. Adnot.
Adrianus Iunius Animadu. lib. 2. cap. 1. & lib. de
ma. c. 1. censuit legendum croblylos, cui etiam ad
Ioan. Harrisius. ἄροβυλος enim est (inquit) illi etiam

plexus in acumen desinens, iuxta interpretem Thucydidis l. 1. Lucianum in Nauigio, & Plutarchum. Eodem pertinet etiam illud Theophrasti epistola quadam: χρυσόλιθος τέρπυς ὁ χρυσός σεμνότερος, id est, croblylo & cicada superbit Gorgias. Erant autem croblyli, seu cicadae, virorum, quod χρυσόλιθος mulierum.

80. aut Cicadas Atheniensium. Athenienses (inquit Rhenan.) in capillis cicadas ferebant, hoc argumento ostendere volentes se esse indigenas, quemadmodum sunt cicadae. Dicti sunt hinc τέρπυροί, quasi dicas Cicadiferos. Nam Cicadas Graeci vocant τέρπυρας. Huius rei meminit & Aristophanes Comicus. Quibus adde praedictos Auctores Graecos, qui serē χρυσόλιθος & τέρπυρας coniungunt, & praecipue Thucydidem, qui dictis verbis initio hist. Atheniensium mentionem facit. Philostratus item l. 2. Hellenicon, & Asius Poeta Samius & in Cirri Virgilius, quorum verba videre est apud Iunium, ne prolixiores sinus. Hic unicum sufficit Gregorij Nazianzen. carmen:

Cecropidae indigena natam tellure cicadam Innotant cirri.

81. aut cirros Germanorum. Cirri (inquit Rhenan.) capilli capitis sunt, sic dicti, quod quasi in circo tori Germanorum autem fuit obliquare crinem, & in nodum subfringere. Hinc illud Martialis:

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri, Quibus adde illud Nazianzen. & interpretem Thucydidi, qui cirros transfuit, quod Graecè erat: χρυσόλιθος. Dicitur autem & cirratae puella Ammiano, iuxta quod adnotavit Turneb. Adu. l. 28. c. 2. 6. ubi & hunc locum citat.

82. aut stigmata Britonum. Britanni (inquit Rhenan.) super Liguriam, hospites in Gallia, cuius maritimanam partem ex adversa veteri Britannia, qua nunc Anglia est, aduecti quondam occupauerunt, sollemniter certa nota apud suos inuerebantur. Horum meminere posteriores scriptores, Ausonius, Sidonius Apol. Atqui & Romanis postea vstratum fuisse, ut in manibus eorum, qui in multis adscribebantur, stigmatibus notarentur, testes sunt Aulus & Veget. de re milit. l. 1. & 2. Item de feruorum stigmatibus infra, lib. de Resurr. carnis. Legimus autem paulo post ex 3. MS. Vat. cod. etiam ipsius continentiae nomine.

83. Non enim & continentia virginitati antistat, &c. Imprimis Non, pro: Nonne, accipitur, uti supra libris precedentibus. Deinde, virginitati antistat, rectè interpretatur Rhenan. ac si dicat: excellit virginitatem. Nam hoc verbo etiam alibi vsus est. Quamquam interius non alia ratione id verum sit, quam ob difficultatem, ut potè quum (viri subiungit) non concupiscendi, cui concupiscendo inoleueris, grande certamen sit, & qui concupiscendi fructum ignorauerit, facilis non concupiscet. Cui profusus similia habent alii ceteri SS. Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, difficiliorum facientes statum vidualem virginitate, quamquam tamen in se virginitas sit excellentior per se ipsa considerata. Vide similem locum supra l. 1. ad 1. cor. c. 8.

84. siue qui ex consensu contumeliam communem iam recusauerunt. Pertinet illud: contumeliam communem, ad errores, seu potius neuos Tertulliani, qui tanta flagrabat virginitatis & continentiae amore, ut ita legitimum viri & uxoris congressum appelleret: contumeliam communem, hoc loco, & infra c. 11. uti adnotauit Rhenan. sub finem Argumenti, confusionem.

Verum de hoc latius inter Prolegomena nostra. Pro Antidote autem hic seruire poterit, quod l. de Pudicitia vocet: benedictionis concubitum. De continentia autem coniugum ex mutuo consensu alibi latius: nam etiam non semel eius facit mentionem Auctor.

CAP. XI.

85. Sed quod supra intermissimus, &c. Huius capituli inscriptionem dedimus: Quod velari debeat virgo, ex quo se intelligere cepit, & sensum naturae suae.

86. Vbi enim gradum fiximus. De Prouerbiali formula Gradum figere, inter Prolegomena latius.

87. & de virginis exire, &c. subaudi (inquit Rhenan.) sensu. Intelligit autem idem in eo quod sequitur: patinouum illud, mensium purgationem. Vnde mox: nisi post contestatam (inquit) sanguine maturitatem, item: iam & vox obsolescens est, & membra completa sunt, & pudor vbique vestitus, & menses tributa defendunt.

88. de arbore agnitionis. Simpliciter dixit, quod scriptura agnitionis boni & mali, idque ab euenit, qui postea subsecutus est. Legimus autem more Tertulliano ex 3. MS. Itaque sui quique sexus, pro: quique; nam & cap. 13. infra legitur: quaeque in occulto hant, pro: quaecunquae.

89. Et ideo penes Israel illicitum est ad virum tradere, &c. Haetenus reperire non potui quo loco istud scriptum sit, quicquid an adludat ad c. 22. Deuter. de signis virginitatis.

90. acerba res est. Acerba proprie accipitur, pro: immatura, translatione ab immaturis fructibus. quod vel his verbis subsequenter indicat: Igitur si tam diu virgo, quamdiu acerba est, desinit virginem. Quod postremum rectè adnotauit Rhenanus figuram esse Graecam.

91. Eudesponatae quidem habent exemplum Rebecca, &c. Similiter supra l. de Coron. milit. Si Rebecca conspecto procul sponso, velamen inuasis, priuatus pudor legem facere non potuit, aut causae suae fecerit. Tegantur virgines solae, & hoc nuptum venientes, nec antequam cognouerint sponso. Accipitur autem hic: simul, pro: simulac, quemadmodum etiam initio libri 4. adu. Marc. ibi: simul crediderunt. Habent verbò MS. salutationis communionem, sed vulgatum est Auctori: communicationem.

92. Ostendit enim etiam nuptias de adspectu & animo fieri. Huc pertinet illud Apostoli 1. Cor. 7. Ne sit sancta corpore & spiritu. Quod ipsum de stupro adsumitur à Christo, illis verbis: Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, mactatus est eam in corde suo.

93. ex angustis. Hoc est (inquit Rhenan.) ex tenuitate facultatum siue fortunarum. Nam ut est apud Satyrogographum:

Non facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi.

Huiusmodi puella pauperiores difficilius etiam maritum inuenit, qui etiam rectè interpretatur illud: vel ex scrupulositate, hoc est ex morositate parentum, quibus nullus gener placet.

94. viderit & ipsum continentiae votum. Nullus est apud veteres locus apertior de voto continentiae. Verum de hoc latius cum l. praeced. de Cult. sem. in initio huius n. r. tum denique Adnotat. nostris in B. Cypr. locis ibidem citatis.

ULLIAN, notati omnibus TELLI, V, 16.

95. cui tu secundum paras maritum.] Sensus est. (inquit Rhen.) Virgo tua, quam tu adhuc virginem existimas, propter aratem desit esse virgo, non quidem à viro corrupta, sed ab arate. Proinde maritus quem ei trades, secundus erit.

96. Iam & vox obsolefacta est.] Intelligit (eodem adnotante) robustiorem factam. Nam, auctore Plinio, vox roboratur à decimo tertio anno. Eadem in senectâ exilior.

97. & menses tributa defendunt.] Innuis (inquit idem) menses illos mulierum cursus; sic enim Plinius vocat. Infra habes lib. 3. ad Marc. Nam & mulierculæ nonnumquam prægnantes sibi videntur, aut sanguinis tributo, aut aliqua valitudine inflata.

98. Atqui etiam apud Ethnicos velatæ ad virum ducuntur.] Pseque adeo verum hoc est, ut inde à nubendo siue velando nuptia dicantur. Hinc illud Varro lib. 4. de ling. Lat. Neptunus, quod mare terras obnubat, ut nubes cælum, à nuptu, id est operatione, ut antiquis à quo nuptu nuptiæ dicitur. hinc illud Poeta:

Lucea demissos velavit flamma vultus.
99. sine quo sponfari non possunt.] Sponfari (inquit Rhen.) pro: desponfari, ut infra: illi sponfasti maturitatem tuam. Legimus autem more Tertulliano: quo virgente, pro: virgente, ex 3. MS. Var. cod.

100. Nam feminas quidem à xii. annis, &c.] De hoc loco eleganter in hæc verba Iureconsultus longè eruditiss. Anonius Contius Subiesuarum Lestionum lib. 2. cap. 12. Verum est (inquit) olim feminas anno xii. tutela liberari solitas, & biennio quidem citius quàm masculos. Quamvis, ut ait Cicero pro Cecinna & Murena, maior esset in eis sexus & consilij imbecillitas. Id Macrobius ait fieri, propter votorum festinationem, sicuti & octavo die nomen illis imponi, masculis nono. Plutarchus autem id fieri putat, quod citius in seminis naturalis virgo proficiat: (ad quod videtur mihi Auctor noster omnino respectat: ut ex lege natura iura sua ætatibus reddant.) Et quidem (addit Contius) pupilla, à negotiorum quidem tutela liberantur, nondum tamen ab auctoritatis tutela, quod eleganter Tertull. verborum turis expertiss. expressit, dicens: ad negotia mittunt. Nam etsi propria negotia agere poterant, femina pupillari tutela liberata, tamen quia adhuc sub muliebri tutela erant, testari non poterat nisi tutore auctore, iuxta Vlpiani frag. tit. de test. & tit. vlt. Item nec manu mittere, nec agere, nec se obligare, nec civile negotium gerere poterant. hæcenus ille.

CAP. XII.

101. Agnosce & mulierem, &c.] Inscriptus hoc caput: Quod sola capitis nuditas ostentetur ab illis virginibus, quæ reliquo habitu mulieritatem produnt.

102. tabellæ naturalium sponfalium & nuptiarum.] Phrasis Iureconsultorum, quæ alludit ad Tabellatum sponfalium, tum nuptiarum, inter eos qui coniugio iunguntur: quæ naturalia dum vocat, persistit in Metaphora c. præced. natura, &c. & tempus, filiam suam legibus suis maritarunt. Differunt autem sponfalia à nuptiis, quod spòdebatur (uti loquitur Varro de ling. Lat. l. 5.) filia nuptiarum causa, quam despondisse dicebatur, quod de sponte eius, id est voluntate, exierat, &c. ne sim prolixior.

103. de virginibus educantur.] Vsurpat (inquit Rhenan.) educare pro: educere. Sensus est: De numero virginum educantur, eximunturque. Nam, ni fallor, du-

catorem supra dixit, ductorem, siue ducem significans. Similiter autem dixit supra lib. de Pall. cap. 2. Chaldæum semen in Ægyptum educatur. Illud autem: deponetes quod fuerunt, interpretatur idem Rhenan. puellæ virguncularum redimicula, & faciem morosiorum intelligit inegantiorum, & quæ difficilius nitescat.

104. mulieritatem.] Ita noua voce vocat, quam alij, & ipse Auctor infra cap. 14. muliebritatem, non modo hic, sed & paulo post, dicens: totam circumferentiam mulieritatem.

105. pallium extrinsecus iactant.] Quæ fuerit Pallium muliebri, videre est Adnot. nostris in lib. de Pallio, num. 5.

106. calcem stipant multiformem.] Quæ sunt (inquit Rhenan.) admodum puellæ, vniuersi generis calcæorum utuntur: Grandiores multiformi, pro diversis loci, temporis, & rei. Dixit autem: stipant, ne mulieret follicet calcem, ut videtur verbis Hieronymi & Ambrosij.

107. Sed virginari volunt.] Rectè adnotat idem sponbendum: virginari, ut sit verbum Dependentiale, hæc est virginem agere. Alludit autem ad vocem Græcæ ἄνευθεν.

CAP. XIII.

108. Si propter homines habitu abutatur, &c.] Titulum capiti huic dedimus: Quod non solum foris, sed & in Ecclesia virginibus velari debet. Atqui quod Fratrum nomine Christiani intelligantur sponbimus Adnot. nostris ad Apol. c. 39. n. 105.

109. Quod ergo.] Id est, ad quid, uti etiam adnotauit Rhenan. Sic lib. de Resurrec. carn. Tom. sequent. Quod ergo legimus; & l. 5. adu. Marc. Quod iam multitudine deos. Legunt autem 2. MS. peruulgant, sed magis placet: prouulgant.

110. debuccinemus.] Hunc locum (inquit Rhenan.) imitatus D. Hieron. in epist. ad Eustochium dicit: Quæ manum egentem porrexerint, buccinant. Alludit autem ad illud Matth. 6. Noli tuba canere ante te, &c. Propriè vertit B. Cyr. buccinare. Test. l. 3. ad Quirin. n. 4. ad verbum, ex Græco ὀψῆσαι.

111. quæ apud illum mercedem mercedem De mercede apud Deum videat Lector Adnot. nostras in lib. ad Martyras cap. 3. num. 43. & lib. de Patient. cap. 11. num. 73. De meritis autem eiusdem cap. 13. num. 82.

112. Quod si vnus Victoriat.] Plinius (inquit Rhenan.) lib. 33. cap. 3. Qui nunc (inquit) Victoriat appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim huiusmodi ex Illyrio aduectus, mercis loco habebatur. Eius signatus Victoriat, & inde nomen. Porro: gloria nolum rectè interpretatur Rhenan. quod sit ob liberos & cupiditatem gloria.

113. Et si à Deo confertur continentie virtus.] Alludit ad illud Sapientis 8. Vt scuis, quantum non pro sem esse continens, nisi Deus det.

CAP. XIII.

114. Referunt aliquando dictum à quodam.] Quod non curandum an in Ecclesia mulier, sed si vere sint virginibus. Est autem notandum locum vniuersum quorundam parentum, qui etiam subinde compelluntur ad huiusmodi opus, id est (interpretare etiam Rhenan.) ad virginatam. Quæ consideratione habita, non minus est quod subiangit Auctor: Vbi sollicitatio, illic est etio; vbi coactio, illic necessitas; vbi necessitas, illic

infirmitas. De tali enim necessitate, et tali coacta et
nata virginitate, loqui se, desertis verbis indicat, non au-
tem ea necessitate, que quum ex voto voluntario sit, scilicet
est, quia ad bonum compellit; et proinde talibus Deus dat
gratiam, sicuti auferit e contrario iam dictis, item eis, qua-
rum (ut cum Auctore loquar) Deus venter est, id est,
que filius ventris gratia religionem advenit.

115. funem longum delictorum sibi adtrahunt.]
De hoc Proverbiales formulas in nostris Prolegomenis.
Sine autem paulopost legas cum excusis: quem sibi ven-
dicat virginitas, sive cum MS. Pat. 2. vindicat, per-
inde est.

116. Nihil occultum quod no. revelabitur.] Greca
exemplaris imitatur, que legunt: $\Sigma\tau\omicron\upsilon\lambda\omicron\upsilon\phi\theta\eta\sigma\epsilon\tau$
74. Sine nihilominus etiam Latina exemplaria MS. edi-
tione vulgatae, que sic legunt: reuelatur. Atqui no. mal-
to post, ubi legunt excusis: non est pudica, MS. 3. Pat. 2.
habent: compudica.

117. inter amplexus & oscula.] Hoc autem (inquit
Rhenan.) faciebat fraternitas. Nam oscula se quondam sa-
lutarunt Christiani. Et ante dixit: facile virgines fra-
ternitas suscipit, sit autem susceptio per amplexum.

CAP. XVI.

118. Sed enim vera & tota & pura virginitas,
&c.] Tractatum huius capituli insignimus hoc titulo:
Quantum boni velamen adferat veris virginibus.
Tota autem accipitur, pro: integra: quare et retinimus
eam vocem cum 3. MS. Pat.

119. ipsam quoque liuorem.] Liuorem accipit
Auctor, ut ex sequ. patet, pro: odio, et mox liuidum,
pro: iudicio. Similiter et B. Cyr. qui librum scripsit de
lib. et liuore, et B. Hieronymus, eundem librum citans
in epistola Apostoli ad Galat. 5.

120. Nam est aliquid etiam apud ethnicos me-
tendum, quod falcinum vocant.] Invidia quam
Auctor (uti diximus) liuorem nuncupat, magnam vim
admetendum antiqui putabant, cum eam sola voluntate,
et ipse adfatus ac contagione maleficam et venenatam
est, et hominibus, quibus male vellet, obesse grauer cen-
serit. Hinc illud Horatii:

Non isthic obliquo oculo mea commoda quif-
quam

Limat, non odio obscuro morsuque venenat.
Item illud Maronis, quod ad institutum magis pertinet:

Nescio quis teneros oculis mihi fascinat agnos.
Hanc ergo ab ethnicis falcinum dictam recte dicit Aucto-
r, et ad idium diaboli refert, atque adeo adinstat illo-
rum, qui varia contra falcinum, presertim in pueris, ad-
hibebant remedia, velamen capitis virginibus pro-
ponit.

121. si tentationibus gradum obtulerit.] Est et
hæc Proverbiales formula, de qua late in nostris Prolego-
menis.

CAP. XVII.

122. In his consistit defensio nostre opinionis,
&c.] Epilogus est hoc caput omnium precedentium, quod
ad virgines velandas adinet. Quo reperit paucis con-
firmem esse suam opinionem scripturae, nature, et disci-
plinae.

123. secundum disciplinam.] Quod disciplinam
Christianam intelligat, patet ex Epithetis eius, quibus or-
natur ab Auctore. Appellatur enim mox, et supra c. 2.
Disciplina Dei, c. 9. disciplina Ecclesiastica: verò 11.
Christi disciplina. Item lib. de Patient. supra cap. 1. Do-

monica disciplina, et alibi: disciplina salutaris, et l.
de Cult. femur. disciplina feruorum Dei. Quare et
alibi, ubi simpliciter disciplina ab Auctore vocatur, si-
militer accipienda, quem admodum et paulopost bis; et
dict. lib. de Patient. cap. 4. et 12. ac Tom. sequens: lib. de
Prescript. adu. heres. et de Resurr. carn. denique et ini-
tio lib. aduers. Valentinos. Vbi etiam propriam eius si-
gnificationem indicat, quum dicit: et disciplina non
terretur. Accipi enim pro severitate castigatrice, ostendi-
mus initio lib. B. Cyr. de Disc. et hab. virginum, in li.

124. quid magis Deo ratum sit.] Hæc sicuti patet
legendum et hic, et paulopost: gratum. Verum placeat
prior lectio, ut ratum accipatur pro firmo seu certo. Nam
videtur opponere hoc illi, quod in fine c. 13. supra dixerat:
Videamus ergo quod humanum est, an firmum sit.
Atqui legimus cum Rhenano: nihil perofus, ut accipi-
tur pro exofus, est: resistantibus exemplaribus MS. quæ
operofius legunt, sed non recte, quum opponatur perofu-
sius illi quod præcedit: nihil acceptus.

125. secundum angorum nomina dixerim.]
Subindicat olim feminas Christianas sorores solere nun-
cupari a fratribus, hoc est Christianis, qui in nulla erant
dignitate; filias verò a Patribus, hoc est Episcopis et
Presbyteris. Hinc patet noua nomina non esse in Ecclesia
et Patrum, et Fratrum, item Filiarum, et Sorora-
rum.

126. Nupisti enim Christo, &c.] Et alia, de qui-
bus supra, phrasibus aliter fortassis deorqueri possent; cer-
te hic locus non potest aliter intelligi quam de virginibus,
que Christo suo sponso continentiam suam consecraverunt,
et professæ sunt. Verum de hoc latius supra initio huius
libri num. 1.

CAP. XVII.

127. Sed et vos admonemus alterius pudicitia
mulieres, &c.] Hic veluti coronidis vice addit Auctor
etiam aliud caput: Quod non modò virginibus (de
quibus hætenus egit) sed et nuptis mulieribus con-
ueniat velaminis disciplina.

128. Mitris enim et lanis, &c.] Similiter Plinius
l. 35. c. 9. Capira mulierum mittis versicoloribus ope-
ruit. et Cicer. de Arusp. respons. A mitra, a mulieribus
solus, purpureisque fasciis. Erat enim mitra, corona mu-
liebris, atque adeo uti Auctor: non velabat, sed con-
ligabat caput, ex qua pendebant fasciæ, quæ phylla di-
cebantur.

129. Arabia femina, &c.] De Arabia vide Ad-
not. nostras infra l. 3. adu. Marc.

130. quam totam faciem prostituere.] Quam
(uti et ante me Rhen.) accipitur pro: potius quam. Si-
milis est locutio supra l. ad Martyr. c. 2. Exisse vos è car-
cere, quam in carcerem introisse intelligemus. Item
in Valentiniensis: Vbi superindui potuit, quam de-
spoliari. Illic ex aliis Auctoribus complura exempla ad-
duximus.

131. Quas propterea infelicissimas ait Romana
quædam Regina, &c.] Locus obscuriss. et nescio an cor-
ruptus, nisi forte intelligat illud: magis adamare quam
adamari; id est, maiori feruore illud verò facilius ada-
mari quàm adamare; id est, citius in eorum amorem alios
viros ruere, quam feminas in virorum.

132. meracior & (vt ita dixerim) barbarior.] Quia
cõparatiui noui sunt, addit: vt ita dixerim. Atqui me-
racior, purior intelligitur, Metaphora à vino meraco
sumpta.

133. Velaminis spatia metatus est.] Metatus est

ULLIAN,
notati onibus
VELL,
V
16

(inquit Rhenan.) hoc est praescriptis, definitur. Metaphora sumpta a castrorum locutione, qua metari proprie dicitur. Hoc verbo quoque usus est supra, lib. de Pall. Tom. 1. Nostra certe metatio. & infra Tom. 3. lib. adu. Marc. Tempore atbitro & metatore initij & finis. Denique lib. adu. Valent. Metatur medietatem. Vide autem & nostras Adnotat. in B. Cypri. epist. 22. n. 1. ubi habet quicquid adnotat alibi Rhenanus.

134. quae inter Palmos, &c.] Recte adnotat Rhenanus Palmos olim legi, vel potius cani solitos in Ecclesia. Quod ipsum latius et altius n. c. 39. Apolog. n. 520.

135. vel in quacumque mentione Dei.] Vide (inquit idem) quanta praesentium reverentia fuerit, vel erga Dei, vel Domini nomen?

136. in Oratione ipsa.] Loquitur (eodem adnotante) de Oratione quae fiebat in Ecclesia. Oramus (inquit in Apologetico, c. 39.) etiam pro Imperatoribus, pro ministris eorum, & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Et qui Orationis nomine sacrificium Ecclesiae ab Auctore solere intelligi ostendimus, l. de Oratione n. 1. Quod confirmatur vel ex eo, quod loco eius quod modo dictum est: Oramus pro Imperatoribus, &c. lib. ad Scapulam cap. 2. supra Tom. 1. dicat: sacrificamus pro salute Imperatoris, &c. ubi etiam aliquid diximus hac de re n. 11.

137. fimbriam, aut villum, aut quodlibet filum.] Tria sunt tegmina capitis muliebris, alius Auctoribus ignota praeter filum, quod agnoscit etiam Arnobius l. 6. cum dicit: fili capitis profuturi Cytherea in simulacra trahere. Existimo id ipsum, quod ex filo factum reticulum vocant: fortassis autem villum nuncupat, quod Nonius Marcellus capitium, & fimbriam: quod & ipse, et Auctor lib. de Pallio c. 4. calicidrum, aut quod crepitu-

lum ibidem vocatur.

138. aliae quibus plane maior est palma.] Quam constanter legant: palma cod. omnes tam ex quam alii, magis placet adnotatio marginalis Rhenani, aut altera, ut palma accipiat pro velo palmato, quam ut legatur, palla, quod in Adnot. suis ille contendit.

139. ut bestia quaedam, &c.] Struthio camelum (inquit Rhenan.) intelligit, cuius in initio 10. Invenitur Plinius. Eius verba quoniam ad hunc locum faciunt, libet adscribere: Avium (inquit) grandissimi & per se bestiarum generis, Struthio camelus Aethiopiae, alitudo nem equitis infidentis equo excedunt, celeritatem sic nos in castigationibus nostris legendum monimus) curreunt; ad hoc demum datus penitus ut currentem alant. Cetero non sunt volucres, nec a terra tolluntur. Vngulae ceruinis similes, quibus amcant, bisulcae, comprehendunt lapidibus viles, quos in fuga contra sequentes imperant pedibus. Concoquendi sine delectu devorata, mira naturae, sed non minus stoliditas, in tanta reliqui corpori altitudine, quum colla frutice occultaverint, latere sese existimant. Premia ex his ova, propter amplitudinem pro quibusdam habita vasis, consueque bellius, & galca admittentes penna. Haec Plinius. Ceterum Tertullianum Struthio camelum eleganter bestiam altegradiam appellat, quod de te incedat longis praedita cruribus, quales sunt & ova & grues. Adnotat idem ibi esse figuram Graecam: cetera altegradia. Cui similis est & ista phrasia: quum habet delitescendum, hoc est, delitescat.

140. cum Septimio Tertulliano.] De nomine Septimij, & cognomine Tertulliani, videat Lectorem Auctoris. Illud familiae est, hoc Gentis. Hinc autem manifestum est (ubi etiam in Argumento adnotatum) verbum esse nostri Auctoris.

FINIS TOMI SECUNDI OPERVM Q. SEPTIMI
FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIEN-
sis Presbyteri.